28 |Anno domini millesimo CXV°. Considerans impera- Ekk. 248, 37.
tor[a] Saxoniam manifeste iam a se deficere contra eam ut
29 iratus | ita etiam[b] armatus venit et tam ex his quos ad-
duxerat quam quos inibi sibi voluntarios invenerat || Ekk. 248, 39.

(Ende von a².)

b¹

satagebant. Longum est presulis Mogontini machinamenta Ekk. 252, 15.
2 contra regis[c] fideles eorumque adversus | illum insidiosas
discursiones enarrare, seditiones nonnullorum urbanorum
3 describere, civitates | aliquas suis presulibus per has pestes
4 orbatas, munitiones locis insolitis instructas, castella | quam
plura invicem destructa, regiones preda flammaque vastatas,
5 congressiones et caedes mu|tuas ab utriusque partis equi-
tibus factas, oppressiones pauperum et peregrinorum atque
6 captivita|tes more barbarico a christianis in christianos
7 exercitatas[d] multaque id genus litteris tradere. | Nam
neque pax dei ceteraque sacramentis firmata[e] pacta custo-
8 diuntur[f], sed uniuscuiusque conditionis et aeta|tis preter
solos aecclesiasticae professionis homines, quibus iam pene
9 nihil preter miseram restat animam[g], | ceteri inquam hoc
tempore beluino furore bachantur. Hinc undique vastatis
10 agris, villis depo|pulatis, oppidis ac regionibus nonnullis
11 in solitudinem pene redactis deficiente cotidia|na clericis
per ecclesias prebenda[h], cessabant in quibusdam ecclesiis
12 clericalia nimirum officia. Et | o effusum calicem furoris
dei locupletissimum illud et per totam Germaniam famo-
13 sissimum ac | principale cenobium Fuldense[i] usque ad ul-
14 timam redactum est inopiam victus etiam necessarii[k]. || Dux Ekk. 252, 29.
Liudigerus[l] Binttheim[m] urbem egregiam et firmam obsidet
15 captamque concremat. Heinricus | cum capite de Misne[n] Ann. Path. 132.
a filiis Lǒthowici et Wigberti comitum[o] capitur. Circa
16 festum sancti Petri apostoli | principes sepedicti ab impera-
tore dissidentes facta acie in campis Wormacie considunt.
17 In | urbe vero Fridericus dux Sueuiae[p] consobrinus impera-
18 toris, Godefridus comes palatinus pluresque ex | amicis
imperatoris proceres cum turba non parva consistunt.
19 Cumque mutuae partis principes | ea, quae pacis sunt, trac-
taturi convenissent, urbani cum hostibus pugnaturi in-

a) ‘Imp. cons.’ A. S. b) ‘et’ A. S. c) ‘imperatoris’ A. S. d) ‘exercitas’ Ekk. e) ‘firm.’ fehlt A. S. f) ‘custodiebantur’ A. S. g) ‘mis.’ fehlt, ‘an. rest.’ A. S. h) ‘p. ec. cl. pr.’ A. S. i) ‘Fu. ce.’ A. S. k) ╳ l) ‘Liuderus’ A. S., ‘Liutgerus’ A. P. m) ‘Binitheim’ A. S. n) ‘Misna’ A. S. o) ‘c. Lodowici et Wicberti, qui capti ab inperatore detinebantur’ A. S. p) ‘Suevorum’ A. S.